Memorie [illegible] Scultori [illegible]
Pittori [illegible] Chiesa dell[illegible]
[illegible]

Manoscritti
Conventi
G
VIII
1469

H.8 1469. G.6.

I

año

III

Sequens Dialogus exaratus fuit Anno 1456: & colli-
gitur ex Sepulchro PETRI Cosmae Medices iuxta
Januas Sacristiae Ecclesiae Ambrosianae Sancti Lau-
rentij Florentiae, ubi legitur. Petrus vixit annos 53
menses 5 dies 15. Moritur Anno 1469. Ut ex Com-
pendio Historico Domini Comitis Alfonsi de
Loschis, Equitis Vicentini ^ pagina 405 ^. Et ex Luca
de Linda, asserente circa idem tempus obijsse.
Quando vero Dialogus compilatus est, Petrus Cosmae
erat aetatis annorum 40, ut ex eodem Dialogo post
narrationem visionis B. Philippi Benitij habetur, haec
sunt verba. Utinam dies hic Annus efficia
tur! O Mariano, quadraginta annos natus
non tantum es: Si ergo vixit Annos 53, mortuus
est Anno 1469 et quando editur liber erat Annus
40. restat ut Dialogus scribatur Anno 1456

^ Impresso Bononiae 1636

D. S A.

Dialogus Fratris Pauli Florentini
Ordinis Servorum ad Petrum Cosmae

Incipit

Cum ad Petrum Cosmae, virum quip-
pe aspectu iucundum, et multarum
rerum periculo gravem Marianus Antistes,
fama, et gloria celebris, aliquando venisset;
eiusq: comitandi causa Leonardus eodem perrex-
isset, inaudita, inusitataq: omnium rerum cogni-
tione; et denique incredibilem, ac pene divinam
eiusdem Cortonensis Episcopi sapientiam suis au-
ribus intonasse, explorare scire est; ut nullius
ingenij tantum sit officium, nulla dicendi, aut sc-
ribendi authoritas, quae pro rei hominisq: digni-
tate laudem digna exornare posset. Mutua-
-n- in diva Virgine quadam Petrus caritate fla-
grans, prior Marianus affari cepit. Quae non
humana, sed divina utero utroq: protulerunt
narrando digerat. At Praeceptor noster Leonardus
rediens; et talium verborum dulcedine captus, haec
admiratione dignissima, commemorans, ait: Vel-
les me o Paule, id literis mandare, quod maxi-
mum

Religionis nostre decus, et iubar immortale sit.
Ego uero te docebo omnia que a clarissimis
uiris effusa fuere. Cum uero infinita in me
officia contulerit, ut reddita haud unquam gra:
tiam pure; ei plenum resistere inhumanitatis
apparebat. In his ipsis, que relata sunt, par re:
bus ingenium mihi dari uellem, cuius gratia tan:
torum uirorum doctrinam mortalibus cognoscendam tra:
dere. Quare humanarum, diuinarumque rerum
auctor, pariterque mortalium omnium genitrix fer:
te opem, non ut singula, diuinum ingenium
exigentia, narrem; sed ut incredibilium partem con:
sequi possim; Tum preceptori Leonardo obtempe:
randi gratia; tum uel maxime diue Virgini, Iu:
uiduitate gestantes, extollendo mores gerat. Rem
igitur dilucidam ante oculos ponere festino, si unum
illud admonuero, ob nouarum preclarissimarumque
rerum uarietatem. Rem id ut aggrediar, hoc iterum,
iterumque Legendum

Libri Principium

Efflagitasti ex me sepe numero, Pe:
tre, quod nostri ordinis exordium, que
dignitas, et approbatio sit; cum ceteris longe in:
feriores esse censeamur; quare, non parua diligen:
tia ex uetustarum rerum eximia cura; si quid
antiquitatis ordinis reperi, tibi notum facere curo;
quod postquam intellexi, tamen si antea sponte mea
satis accurate studio uisendi, cuncta lustrauerim:
tamen, cognito desiderio tuo, omnia perscrutatus
sum, et quam diligentissime potui singula queque pro:
spexi, ut tue quam accumulatissime satisfacerem uo:
luntati; ideo nunc respondendum uidetur. Nam amabo
ociosi hic cum tranquillitate uersamur, si eadem apud
te sententia manet.

P. Nihil, inquit ille acceptius, aut gratius accide:
re poterat, quam eorum laudes accipere: quos me non
modo dilexisse, uerum, et amasse constat. Tanta est
-n- magnitudo gaudij, et desiderij, ut singula iam
audisse peroptarem; huiusque fruende letitie uolun:
tatem uehementer ardeo.

M. Tunc Marianus sic loqui cepit. Mihi quidem
aspicere uideris, o Petre, ordinem nostrum celeber-
rimum constare: cum Virginis numine, sanctorum
Virorum laude, et rerum gestarum ab Antiquis spl-
endore. X

P. Ad hoc Respondens Petrus, equidem, inquit,
ò Mariane, nil aliud respire posse, preter quod
à te commemoratum est; unde magis ordinem au nes
geamus, roboremusque; uerum nihil ad hunc comp- uc
tum est; cur uos, ceteros eodem obedientie iugo
detentos antecellatis. Animaduerti, enim, reliquos
Dei cultores, singulare quoddam refugium: morum,
uirtutum, et sanctimonie exemplum habuisse:
uelut firmissimam columnam, et totius ordinis fun-
damentum: quo plerumque magnificari, et ad sidera
usque tolli solent ob preclaram rerum gestarum
memoriam, laudemque indo~~mitabi~~[credi]bilem consecutam.
Vobis autem, qui sanctorum uirorum celeberrimus
adsit penitus ignoro! M

Hic arridens Marianus, quid narras inquit;
ina si ita est, cur mortales longe maiora à di-
na Virgine, quam ab alio quouis sanctorum expe-
rarunt! ~~qui~~ sur

Cur gratia, et pietatis fons merito nuncupatur?
ad quam, omnes uelut ad singulare solatium, et ce-
lestis uite fruende desiderium affectant: Cuius nos
cultores, electi non secus aliorum residuum antei-
mus: cum sanctorum choris ipsa genitrix Dei su- mus
fficit; sed uulgus, nequaquam mirum est, si deci-
piatur, cum uos sapientes, in hoc plerumque errare ad-
miror. Ego plane, doctus experientia rerum,
hoc tibi affirmare possum: qui, Virginis feruore,
et caritate tepidi sunt, eum uite cursum tenuis-
se, ut numquam ad felicem patriam absque pur-
gatione peruenire ualeant. In hoc enim ut:
mihi uideris, ceteris maxime presumus; quod hu-
manarum diuinarumque rerum, et immortalis Dei ge-
nitricis loco fruimur. Nobis Celeberrimi sancti-
tate uiri fauent: ex quibus cuncta miraculorum
genera effusa sunt: Ac proinde eorum gratia, in-
signia templa magnificeque sedes, non parua cum
Religiosorum corona. Ea insuper potentia, ut
facile flagitiosos subuertere, et Bonis prodesse
possimus. P

Hec cum audisset Petrus, probe mihi uideris,

inquit o Mariane, ista commemorare. Nam
nulla perfectior, nullaque salubrior gratia est,
quam, quae ex emanante officiorum fonte pro:
cedit. Ea quippe archana aperiens omnium
rerum auctorem ad mortalium veniam provocat. Ideo
animo est, quod asseris. At unum illud obsecro, ut
talium virorum egregiam vitam, et sanctimoniam ape-
rire velis, ut si quae in oculis tenebrae fuere, dele-
antur, quippe qui eorum tam amore, et ingenti Cari-
tate flagro. M.

Tunc Marianus; Principio, Virginum Virgo
suae viduitatis memoriam deserere volens, septem
mirae sanctitatis viros, et totidem spiritus sancti
donis repletos, tamquam sydera, per universum terra-
rum orbem, virtutum, et sanctimoniae radios effun-
dentia, ex omni civitate Florentia elegit, a quibus
praeclaram, et egregiam originem ducimus; quorum
memoria, vita, splendor, et sanctitatis laus,
ubi singularem ab omnibus exemplum imitandum
relicta sunt; qui Religionem hanc ita celebrem,
ita decoram nobis vendicarunt, qui hunc ordi-
nem

futuris nobis, miro amore, mira providentia
servaverunt, qui tantam ordinis gloriam in patri-
monium reliquerunt, a quibus non dum nati, non dum
visi, non dum creati, unice dilecti sumus. P.

Fuerunt ne, inquit Petrus, hi septem viri-
ante Religionis ingressum tanta reverentia, et
celebratione digni, ut tam vehementer accen-
daris! Intueor enim talium verborum persuasione,
dulcedine, atque desiderio ante oculos meos astare
fulgentissimam septem luminum coronam, non modo
celeberrimum ordinem vestrum illustrantem, sed uni-
versum fere terrarum circuitum obumbrantem. Videor,
inquam, eius sanctitatis radiis obrui, ut mei ipsius
nescius fiam. M.

In hoc quidem, inquit Marianus, tecum, o Pe-
tre, facillime sentio, quod prae nimio gaudio, et
narrantis aviditate, quae dicunt, non nunquam
apud percipientium conspectum astare videntur.
Aut ex ipsorum virorum sanctitate; cum eos in me-
moriam reducimus, hoc, provenit: quoniam non hu-
mana, sed divina laude digni comperti sunt;
aut exaudientium desiderio. Hi itaque septem
viri tanta in divam Virginem reverentia, cere-
moniis, morum

morum modestia, uirtutum splendore, et sinceritate ornati fuerunt, quod totius ciuitatis firmissimas columnas mortales arbitrarent. Hi, ante, Mariæ Matris, in animæ, et corporis salute, assumptæ uiduitate, eiusdem diuæ Virginis consecratæ domus, duces erant, a quibus ducenti uiri, et eo plus in celeberrima societate: admirandaq. caritate, rectam uiuendi formam capere soliti erant, quo festis diebus maior ciuium pars conuenerat, obiurgatisq. ibidem culpis delictorum quisq. suorum; atros punitor efficiebatur, cælestis uitæ desiderio ducti. P.

At profecto uera esse censeo, quæ, o Mariane, profers, ubi præsertim ex diuina aspiratione loqui uidearis; sed, qua uoluntate ordinem istum exordiari decreuerint. Scire animo est, quippe qui huius admirandæ rei gratia, a somno, et cibo desistere. M.

Qui respondit Marianus. Non ne celeberrimum hoc, omnium auribus intonuit: Gloriosam Dei genitricem ordinis nostri principium, medium

quoque extitisse, et finem fore; atq. eius uoluntate commemoranda quæque gesta fuisse. Demum hæc septem sidera, nunc huc ob populi multitudinem, et imperium, nunc illuc migrabant: Denique ad templum Sancti Petri in Cafagio, quod parauerat eis Virgo, deuenerunt; ubi et nunc celeberrimum Annunciatæ Altare collocatum est. Quod plurimum tua ope, tuaq. industria excoluisti. At paulo post cum fama diuulgaret, Florentinam ciuitatem septem præclarissimos amisisse ciues, cum præserum maior hominum pars, eorum consilio, et rerum gestarum proba authoritate regeret, non parua cordis anxietate angebatur, eius uitæ ductores repente deseruisse. P. Ex Florentia ne oriundi, inquit Petrus, fuerunt hi uiri! Ecclã di: Annun: vocabatur Templum S. Petri

M. Immo haud ex oscuro loco, respondit ille. His enim ob uariarum, et præclarissimarum rerum cognitionem, Sanctiq. Spiritus effusionem, non parua adhibebatur fides. Ad circo eximia sanctimonia mortales freti, diligenter eos inquirebant. Denique, ut immortali Deo uisum est, quantum inuenientibus suppeditabundauerit gaudij, tibi o Petre, excogitandum relinquo.

Nam quanta delectatio sit, rei inuestigatae potiri,
tibi opinor notum esse, Quippe, qui talium
rerum periculum crebro feceris. Sed ad eos, ut reuer=
tamur, cum cognitus esset locus ubi uersarentur, tam
frequens uirorum, ac mulierum multitudo erat, quod
pre nimio hominum sermone, atque impetu, orandi
locus minime daretur; ceterosque etate primus allo:
quitur; gratiarum, ac pietatis uberrimus fons exoran:
dus est, si quid salute dignum Virginique gratum
agere uolumus, Carissimi Fratres, et quidem ui:
dere uideor haud locum hunc acquirende saluti con:
gruum fore: Huic summa rerum omnium opulentia
inest, dulcissima, et tranquilla, ut sedes, paupertas.
Neque tamen pauperum numero conglutinandi sunt,
qui sine iniuria sue necessitati ire obuiam possunt.
Non edes, non agros, non equos, ne ulterius manci:
pium cupiamus; que adipisci difficilius, et periculo=
sius est, quam, animam, pretiosissimam rerum omnium
gemmam; eam, mortalium saluti obnoxia, continuam
ruinam minari uidentur. Hec diuitiis relinquenda;
Amplectenda est tutissima paupertas, totisque viri:
bus

conseruanda. hominum confusionem deseramus. Non
hic salutis exordium, opere pretium est antra deserti
ad salutem facientia diligenter quam primum adire.
Illic -n- pax, et quies eterna, illic celestis uite
fruende desiderium aderit, et omne bonum pro uolun:
tate effundetur. Denique humanarum uoluptatisque fer:
tilium rerum nos habebit obliuio. Ac paulo post spe:
ciosissima celi Regina eis in somnis affuit, quam
intueri pre claritate nullus minime dabatur. Sicque
magnopere quesiti sunt. Heu miserum, calamitosum:
que mundum aiunt, flagitia pro adipiscendis uolu:
ptatibus, sectabamur; quod expedit relinquendo, sec:
tando, quod abest. Quos tanto merore, et anxieta:
te Virgo uexatos animaduertens, sic allocuta est; que
causa afflictionis est cultores mei? Vestri enim
consulendi gratia huc aduenerim, quos ob mee future
uidnitatis memoriam diligo, dilexi, diligamque semper;
atque indice senarum montem ostendens, illic quietis,
et beatitudinis locus est, exanensque inquit

P. Volo etiam, o Mariane, si illic unquam
uersatus es, loci amenitatem narres; eam enim commo:
diorem nullum, ad acquirendum celestis Regni iter, ar:
Bitror [illegible]

M. Est mons, o Petre, à Florentina urbe octo: millia passuū distans, in cacumine planitiē in gyrū habens, unde fons pulcherrimus orit[ur], ex quo non paruā uoluptatē caperes. Illuc igit[ur] festinan: tes post debitā Virgini gratiarū actionē, beatitu: dinis desiderio adducti, nullū corporis, aut animi la: borē fugiunt, nullū periculū subire recusant, et tuguriū quoddā suis manib[us] erexerunt, ubi, cibo, et somno parci, non nunquā ad ipsa arcana, con: templanda, spiritus ascendebant. Illic celestiū rerū dulcedine fruebant[ur]. P.

Vellē, o Mariane, mihi habitus assun: ptionē narrari, a Virgine, an à semet receperint. Videns enim omnia, quę a te commemorata fuere nutu quodā diuino gesta fuisse. Hoc quoq[ue] Ma: tris Marię precepto, perfectū arbitror. M.

Cum immortali Deo, o Petre, eiusq[ue] ge: nitrici uiuū esset. Hi septem uiri Florentini Re: dierunt, crebrisq[ue] uigilijs, ieiunijs, et orationib[us] ope: rā nauant, sui corporis habitū, uitę modū, et regulā peroptantes; quib[us] Virgo Dei, uelut sidus

aureū, omnes illuminans, apparuit, et suauis: simū somni soporē infundens, demū peroptata, inquit, attuli (electi filij), duo scilicet, o Petre, mu: nera, alterū sacrę uiduitatis habitū, alterum literis aureis in sinistra imponendū nomen scriptū. P.

Idem ne, ait Petrus, quo nunc Virginis Ser: ui uocamini? M.

Id ipsū respondit Marianus, et Angelorū alter ad dexterā, ductoris nostri Almi Augustini ad patriā regulā aperiens. Ante omnia, inquit, Fratres Carissimi diligendus est Deus, ex cuius Spiritus Sancti feruorē cętera ad salutē facien: tia comparant[ur]. Alter ad sinistrā uictricē contra humani generis hostem palmā erigebat. Deniq[ue] Virgo, inquit, accipite huius instar habitū, et Diui Augustini regulā imitandā percipite, ut Ser: uorū meorū nomine nuncupati, re ipsa, hanc ui: tę ęternę palmā consequamini. Qui, singula serie in memoriā redigentes, in Beatę Virginis laudē missā celebrare fecerunt, in preceptā: que formā pannis redactis exultantes, Marię

uiduitatē assumpserunt, a Salutifera Christi
incarnatione anno 1233 Gregorij noni Pontifica:
tu · Anno 14 · P.

Tum Petrus excellentior, o Mariane, or:
dinis nostri origo est, atq. iubar, quare Virginis
numen, tanta mentis meę obscuritate, iratū ue:
reor · M.

Absit hoc, o Petre, quis enim, ex omni:
multitudine, Marię templū tanta Beneficentia
et admirandis reb. ornauit? etenim sepe accidit
magna alicuius rei ignorantia quippiā nos fa:
cere cogat, quod alioquin minus fecissemus. Nā
sane, o Petre, quorū beneuolentia magis accen:
dimur quā eorū, qui ordinē nostrū illustrē, et
splendidū reddiderunt; hoc templū, o Petre, no:
mine Matris Dei sacrat. per horas celebrē · ope:
ra tua plurimū extulisti · Neque enim maior
Beneuolentia est, quā in eā partē manū adiu:
tricē conuertere, quę et digna sit, et indigere
uideat., primumq. afferre possit · Quare pijssi:
me Matri non modo molestā cogitare hanc,
sed summe iucundā extitisse censeo, ut ex te
nebris in

in lucem erectus, ardentiori caritate in cele:
berrimū ordinē nostrū accendaris. Cęterū, o Petre,
quā ex dicendis reb. admirationē capies cū hac tan:
tula re ingenti merore, et anxietate agiteris · P.

Ad hec respondens Petrus, sic inquit, mihi
quidē, o Mariane, tuo Lęteo sermone tristitia
in gaudiū conuersa est · Sed aliquid nostrorū
Patrū narres uelim, quorū tuba, et predicator
fieri cupio, ne eodē cęteri teneant. errore. Hi namq.
putandi sunt ueri honores, Beatiq. illi dicendi,
qui ob preclara facinora in hominū ora uolent.
Neque silentio, aut taciturnitate subiacere fas
est, quorū tute, beateq. uita agit. · M.

Hęc cū audisset Marianus, eue inquit,
cupio morē gerere uoluntati, o Petre; Almus
Philippus ad Seruorū ordinē illustrandū, a Diuā
Virginē electus eadē hora, die, mense, et anno
Florentię, ortus est, in quo illa sepē Sidera Ma:
rię uiduitatē sumpserunt · Dominicus Bononi:
ā, Franciscus Assisiū, sic quoq. Florentia illu:
minauit; frater uero eius, cū iubar quoddā in

9

quiete parere uideret, hunc protinus enixa
est, et in adolescentia literarum studijs traditus
maximam sibi fidem comparauit; tamq. diuinita=
tis particeps, quibusdam signis extrinsecus, hunc
in Dei, Matrisq. conspectu gratum fore appa=
rebat. Itaque, ut paucis multa complectar,
in prouecta ętate, ad idem Annunciatę altare,
quod tantopere ornasti, profectus est, in terramq.
prostratus admirandum plaustrum intuitus, in quo
Virgo undiq. Angelis ornata eminebat; cuius
ouis, et Leo in mansuetudinis fortitudinisq. si=
gnum ductores erant; quod columba simplicita=
tem afferens ambiebat. Tum Angelus clamans,
Visio S. Philippi — Philippe, inquit, accede, et adiunge te ad currum
istum. Raptus est spiritus eius, et iterum eadem
vox suis auribus intonuit. Vidit dolosam serpenti=
um, aliorumq. generi humano obnoxiorum anima=
lium, sentim, deniq. uiam plenam mundi huius, ua=
nam, fallacem, teterrimamq., cum spe fortunam apprens,
et quid deniq. mundus sit palam. Ac contra ui=
tia rigidissimus punitor, honestę uitę, et sancti=
monię

exemplum erat, pro quo accersendo curia Roma=
na usque ad extrema terrę misit, ut summo sa=
cerdotio fungeretur. Hic est eo tempore, qui Beni=
tiorum genus ad sidera usque tulit. P.

Intueor, inquit Petrus, et admiror singula=
rem uirum cunctis extitisse uirtutibus et miraculis
redimitum. Immo quod maximum duxi, Beatis=
sima cum Deo fuisse necessitudine copulatum.

M. Hoc, Petre, ex rei ueritate, et maxime
procreatur obseruantia, nam eorum uita diligenter imi=
tari cogimur, quos moribus, et sanctitatis signis de=
coratos cognouimus; sed longe magis obstupesceres
si adolescentis Pauli opusculum quoddam in huius
uiri laudem digesseres tibi, uelut ex mare flumi=
na quęq. originem trahaunt, ita ex uiro Dei om=
ne miraculorum genus ortum, et in propriam sui lau=
dem reuertit. P.

Mihi quidem uideri solet, o Mariane, quan=
dam diuinitus adiunctam esse gratiam huiusmo=
di uiris, et eis actio, idemq. effectio sit, cum toti
generi humano gratias donare, et Beneficia

conserve possint. M.

Ita est, o Petre, ut putas, inquit Mari:
anus: hic etiã non nullos ex nostris faucib. euo:
cauit, sed iã maiora parant. Neq. unico uiro
ordinẽ nostrũ illustratũ intelligas. Nunc tibi os
tendã quale illud septẽ uirorũ decus fuerit,
o Petre, qui tanquã nihil habentes, et omnia
possidentes, summã cũ tranquillitate pace ade:
pti, celorũ regnis maxima cũ auiditate fruun:
tur. M.

P. O utinã dies hic, annus efficiatur, o Ma:
riane! quadraginta annos natus non tantũ, ex
qua pia re, gaudij excerpsi: quippe qui pre ni:
mia dulcedine, atque suauitate deficere uide:
or! iã iã celerius, atq. animus cupiat, te fine
aggredi cernere uideor: perge, inquã, o Mari:
ane mi, obsecro. M.

Quod Marianus tacitus desideriũ perci:
piens, ine ne, o Petre, oras, inquit, scilicet ut
preceptionis locus haud relictus ob nostrã amicitiã
sit. Primus itaq. et rebus, et uerbis Bonus fili
us

adest. Vir sane rerũ omniũ laude Florentinus,
qui scripturarũ ingenio in altũ uolans in ordinis de:
Bonfilius cus, et Augumentũ electus est, Latrantiũq. obie:
ctiones confringere satagit. Is aduersus quendã
fidei sectatorẽ questionẽ ualde insignẽ habuit,
et sua sapientia hereticũ, in tenebris generisq.
humani teterrimi hostis laqueis constitutũ, in lucẽ
clarã redegit, iccirco hoc, ceterisq. sanctitatis si:
gnis meritis decorandũ censeas. Nam sat laude
dignũ existimo eũ, qui, relictis opibus, atque
nobilitatis genere deposito, se se Deo et Genitrici
dedicauit. P.

Cui Petrus, perpetuis hunc splendoribus,
o Mariane, merito decorari sentio. Ille namq.
Laudandus, qui heretico instans, pretiosissimã
rerũ omniũ animã suo creatori reddidit. Ne:
q. ut opinor elemosine, uigilie, aut orationes im:
mortali Deo sine fide iocunde sunt, non ip:
sa deniq. sacrificia tantã diuinitatẽ scandunt.

Bartolomeus M. Nec secus, o Petre, integer Bartolomeus
uitã uixit, qui sanctitatis meritis non medi
ocriter

effulsit, cuius ingenium faciliter cognoscere pos=
ses, si prolixius narrandi tempus dares; ad hunc
febris laborantes accedunt, que claudi cupiu=
nt, luminis priuati affectant. Ex quo egro=
tantium quod uis genus optatum exorat; et quid
admireris hoc est, Rusticus quidam octauum
agnes etatis annum in Senarii montis planitie
fonte ambiens sitiensq. aquam preceps labitur,
cumq. ex sibilantium uentorum sonitu illius cla=
mantis uox minime audiretur, ultimum uite diem
obijt. At hic clarissimus Dei cultor aquam tur=
bulentam hauriens neque mirari desinit quem
exanimem ubi primum conspicit ipse quoq. sese
precipitem in fonte misit illius extrahendi cau=
sa. Demum o Petre, tantam eum lacrymarum ui
effudisse cerneres, quod neque maioris sua quam
illius morte fecisse arbitror. Tum omnipotentem
Deum, et genitricem eius ardenti quodam animo ob=
testatur; Neque orationem absoluerat, quando
puer exultans, o Dei cultor inquit, audi ora=
tiones, et lacrymas tuas in conspectu Virginis

ascendine, eamq. ex filio et ex patre pris=
tinam mei uitam exorare.

P. Ita ne est, o Mariane, inquit Petrus,
uirum Dei Bartolomeum, tam grauem, tamq. iucun=
dum Virgini extitisse!

M. Nequaquam mirum est, o Petre, quoniam
maiora quidem, et excellentiora supersunt. Ali=
ud ordinis nostri fundamentum, et decus immorta=
Ioannes le ostendam, cui Ioannes nomen adest, hic spi=
ritus sancti gratia, uir summa laude dignus ha=
idest Bucce= betur, ut ne quidem huiusq. apud quemquam ignotus
jincta existat, primo uirtutum peritia sacro Christi lu=
mine illustratus pro nostro plurimum ordine la=
borauit; et rerum fidelium flagrantis studio sui pa= //
trimonium nihil pensi habens, pauperis Virginis ui=
duitare inchoauit. Quare sancte uite celebran=
de ardentissimus, et caritatis dulcedine ebrius di
factus, ualida corporis tormenta haud horrebat.
Taceant itaq. qui seruis Dei detrahunt. Atq.
sensu Religionem sanctam uilipendant. Erat
ciuis quidam Florentinus, ob uoluntatem diuitiar=
um

fama, nobilis, qui Antonius nomine uocabatur,
et quadam die ad Ioannem deambulationis gratia
uenit de egregia uiri uirtute certior fieri cupi-
ens. cuius sententiam Ioannes a longe intelligens:
heu inquit miserum corpus! diuitiarumq. cathe-
nis inuolutum, parum labores arripis. Alteri ne-
cem, Alteri uero pro uoluntate salutem tribuens.
Non sic, celorum enim regnum uim patitur, et uio
lenti diripiunt illud. Quo cuius auribus intoi-
nans in maximum timorem territus incidit. Ac
egregia uiri fama, unius in spe erigeret, quo
a iucundissima mortalium uita haud umquam
frueretur, quod et factum est, ut illum ueneno ne-
care statuerit, et uino infusum ei per Anulam
quandam tradidit sub Elemosinae specie. At Io-
annes, sancto Spiritu erudiente, quod paras
poculum bibe inquit, quae, prae uerecundia, et
timore, facere nescia, libare volens, a uiro re-
tenta est. Et quid nam, Pater, hoc poculi est?
inquit, cui Ioannes respondit, illi, qui te mihi

haustum lethale impendere iussit: edixeris me
poculum hausisse omne.

Iferum ei, pro me moriendum est, et signo
Crucis adhibito, uinum audacter sumpsit. Mira
res, eadem hora, Antonius ille absens, repenti
lapsu, moritur, Ioannes sospes seruatur, et si mor
tiferum quid biberint non eis nocebit euangelium
praedicat. Quamobrem quantis extiterit meritis,
quantaeque uirtutis amplius elaborandum sermo
non exigit.

P. Et Petrus, bene, hercle, inquit, o Ma-
riane, uideris narrasse: sed tamen haud taci-
turnitate ceteri praetereundi uidentur. Unum enim
in septem corporibus uersari animum conspicio.

M. Nec aliter, o Petre, duplici Benedictus me- Benedictus
rito inter hos uiros, aggregatur. Nam breuis floru-
it, et sanctimonia clarauit, qui unus ex septem
hunc ordinem inchoantium extitit, qui semel im-
mortalitatem animae aeternamq. mundi famam con-
secutus sit

Dignum, o Petre, censeas, tanti uiri memoriam agere. Qui mortalibus gratus, ordini gratior, et Deo gratissimus fuerit.

P. Et quidem, o Mariane, inquit Petrus quamuis non ea dicendi facundia sim, uellem tamen ab immortali Deo mihi datum, ut tecum tantorum uirorum gesta, diuina cognitione consequi quirem. Verum cum sanctitati condigna merita reddere haud ualeam uberrimam Sabeo, ac maximam

presto presto uoluntatem.

M. Hic uir clarissimus, inquit Marianus celestis Patrie desiderio raptus, hominum confusione horrens, Senarij montis accola effectus est, atque illic apostolorum morem tenens, manus imponens, egrotos quamuis arduos liberabat.

P. In monte ne, o Mariane, ista fieri consueuerunt.

M. Et illic, o Petre, omnem serpentum ferocitatem, crucis signo adhibito, perimere consueuit. Homo quidam mire simplicitatis, claris mortalibus emicuit signis. Qui totus dei obsequio deditus herbis plerumque sustentabatur: cui merito dici potest, iacta cogitatum in Domino, et ipse te enutriet. Ad hunc Magno fletu, affines, nepotem claudum, et mutum afferunt; si illum eius uirtute, et sanctitate reddere posset incolumem, postulantes. Nunc Deus, inquit, carissimi, notum uestrum absoluet, ex quo cuncta quemuis bona procedunt. tunc parans ad missam sacrificium Deo offerens, et ea absoluta manibus infirmum adducens, recte pedibus sustulit liberatum. Ac perinde Corpus Domini ore infundens, exacta comunione, loquendi tribuit facultatem; quamobrem nimia admiratione, gaudio, et timore pro admirandis gestis, replentes populus exultauit.

P. Mira sane, o Mariane, narras, tanta enim in Benedicti laude dixisti,

ut nil maius, aut excellentius in ceteris su-
perare credã.

Gherardinus

M. Hei mihi! quid, o Petre, narras? Ghe-
rardinus ante oculos meos ardentissimus Vir-
ginis cultor astare uidet, qui genere clarus,
uirtute, et sanctitate clarior, literis non me-
diocriter ualuit. Inter cetera suis predica-
tionib. complures hereticos, qui, eo tempore
hic abundabant, ad Christi fidem reduxit.
Hic clarus, potens, et excellens, consilio, et
doctrina apud quemquã gloriosus erat, et sem-
per in pulpito, diuino Amore flagrabat.

P. Obsecro te, Mariane mi, unicũ saltẽ
Gherardini miraculũ in cognitionẽ nostrã
ueniat, ut audientes memoret dumtaxat ad-
mirabiliũ rerũ dulcedo, et uoluptatis, in
hisce reb., amor me habet, et, qua soles
facundia, uiri gesta prosequere; cuius fa-
cta omni ratione pstantia elegantem,

expoliendiq: calamũ exigunt.

M. Id optas, o Petre, narrari, quod in la-
crimas utrumq; prorumpere faciat. Absoluã ta-
men animi tui ardorẽ, tũ ob austerrimã in
miraculis uitã, ob dulcissimãq: patris memoriã,
tũ, uel maxime ut diuini humanis saltẽ me-
moriã presẽtent. Is, cum iam quatuor, et sex-
aginta annos natus esset, maxima auiditate, et
non parua lacrimarũ effusione mortẽ orat, cui
duo uisibiliter cantantes angeli affuerunt, qui, Ghe-
rardine, aiunt, carissimã Creatori animã re-
ddas. Accipiebant o Petre, gloriosissimã illã
gemmã, alter ad desterã, alter uero ad sinistrã,
in diuinę Virginis conspectũ portantes. Et ecce
sextus patrũ nostrorũ ordinem accipientiũ no-
mine Riccouerus in eodẽ loco iacens, illudq; ani-
maduertens clara uoce, inquit, Gherardine, Ghe-
rardine mi, tecũ, inquã, obsecro maneas; cuius
statĩ animã Angelorũ alter accepit, quoniam,
et hic gratissimus in Virginis conspectu extiterat.

Riccouerus

P. Stupenda quidem, o Mariane, narras, sed quid, ceteri Fratres illa corpora ex anima invenientes, rati sunt!

M Nulli dubium, perfectos viros rei veritatem quamprimum cognoscere; sed ut intelligas Ricoveri doctrinam; hic Florentinorum Lucifer, Theologiae lucerna, ad quam mortalia vix ascendunt pectora; vel ingenia; pulcro sermone, aureoq. ore universa locutus est; et sane egregia viri opera, an abortiva desiliant nescimus. Incassum nihilhominus elaborasse constat, ubi nihil soni reddiderit instrumentum.

P. Tu Petrus, o felicem me hodie! At cedo; aliud ne sidus superest ad septenarium numerum absoluendum!

M Alexius, o Petre est, qui sanctitatis exemplum animam Deo reddidit immortalem. Is propter decem, et centum annos, quietem appetere debuerat, sed omnia corpori obnoxia diligenter investigabat, herbarum cibos casse, lectumq. non infirmitati

Alexius

et membrorum gravitati congruum quaerere. Nam super humum, et nudas assides iacere, non in vitae longitudinem, sed privationem vertit. Quid igitur causae est, o Mariane, hunc praeceteris tantum supervixisse! P.

M Id circo, o Petre, ut Ordinis originem sociorumq. facta alicui scribenti narraret. Ne tanti facinoris memoria abesset. Cum vero ad extremum vitae diem devenisset, Angelos instar pulcherrimarum avium contra se volantes intuitus est, Christumq. in speciosissimi pueri formam earum medium tenentem, qui ei coronam in capite pulcherrimam, florumq. fertilem ponebat. Hunc, o Petre, maximum ordinis nostri decus fuisse putandum est.

P. Tanto, Mariane, gaudio affectus sum ex talium virorum cognitione, quod totum me laetitia planum conspicias. Gaudeo, si quid unquam in ordinem vestrum contuli. Augetur animus, vires crescunt, ob amorem erga predicta lumina. meum

Nunc uos felices uideo, qui numina ista habetis apud Virginem intercedentia, Virginem apud Filium, Filiumque apud Patrem, quo nihil dignius, nihil melius, nihil propitius, aut exorabilius est. Desino inquam mirari, tantum uos ex diua Virgine beneuolentię et Caritatis comparasse; hęc causa uestrę felicitatis est, hinc Annuntiatę miracula orta, hinc uniuersus mundus ad uos properat, hinc omne denique bonum procedit.

At profecto, inquit Marianus, nihil adhuc admiratione dignum compertum habes. Quoniam ab his, non tamquam a dignioribus, principium dicendi sumpsi, sed, ut percepto ordinis exordio, finis admiratu dignissimus sit. Nam et Senense decus Ioachimus adest, qui ob illustrissimam pelacanorum prosapiam originem traxit, celebris ordinis nostri gloria, morum iubar, et rerum sanctarum ditissimus, uirtutumque fulgore pręcęteris ornator; hic summa omnes beneficentia et caritate amplecabatur. Ioachimus

Adeo ut ęgrotantium nullum, eo tempore, incuratum emiserit, sanare ęgrotos, claudos erigere, et mente captos restituere, et denique ad lucem pristinam ipsos mortuos reuocare uisus est. Ioachimi nunc o Petre, sanctitatem enarrare haud animo est, quem apud Senenses ueluti clarissimum speculum, hominumque decus, celeberrimum inueni, cuius, ipse, uitam, ut mare quoddam uidere poteris, quam tuę dominationis seruus, nostręque congregationis Frater Paulus scribens, tanta rerum gestarum et suauitate tenebatur; ut hęc, ex eius ore uerba, inter cętera emanarint. Et plane eum tantę uirtutis fuisse mecum ipse considero, non abre pure prouidentia diuina natum ut esset, qui eam ętatem candidissimis uirtutum meritis, et singulari facundia illustraret.

Ambiguus profecto o Mariane, sum ob tantarum, et uariarum rerum cognitionem quam sententiam in medium afferam, cum non nisi diuinum

ingeniũ, in hiscẽ rebus, exigat. Sequere,
inquã, neq: nostrũ iudiciũ exigas, quoniã
prę tali cognitione simul cũ admirationẽ,
neque mens, neq: ingeniũ satis officium
suũ facit.

M. Tum Marianus, ardentissimus Chris:
ti sectator Franciscus celeberrimã uitę fa- Franciscus Patritius
mã ubiq: reliquit illustrẽ, cui Virgo opem
ferre semper solita erat. Quod in eius histo:
riã idẽ Paulus ad Piũ Pontificẽ secundũ
probe in lucẽ reddidit.

P. Quid hic, o Mariane, egregiã osten:
dit?

M. Visũ est sępius respondit, in salutiferis
eius ad populũ prędicationib: ab angelorũ ma
nib:, ante eius oculos, codicem apertũ teneri,
quo omnia, uti scripta erant Spiritus fervens
summa cũ Caritate, et uirtute effervebat. In:
numerabilia ab eo ęgrotantiũ generã curata ac:
cipio; hoc taciturnitate, ut alia omittã, neq:

prętervire possũ, cũ quatuor exanimes pueros
ad clariorã lucẽ reduxisset. Demũ ne diu lau:
dib: uiri immorer, hęc commemorans, illico eius
uitę gloriã sanctissimo calce claudere propero.
Ad primo, Virgo Mater, huic, cũ Filio in
sinu, apparens, quã, dixit, Francisce, tibi gra:
tiã referã, cum me tã uehementer dilexeris?
Dignũ est, Filius respondit, ut qui nos dilexit,
nobiscũ superna in Patria uersetur. Et in ean:
dẽ Mater, et Filius:, ueni, ueni, uocẽ prom:
perunt. At statĩ alma confessoris anima mi:
grauit ad astra.

P. Cęlesti hic, o Mariane, merito gloria deco:
ratur, sacrisq: aggregatur agminib:, sanctorũ splen:
dorib: effulgens.

M. Dum hęc tibi, Petre, narro uenerandũ
Furliuiense iubar Peregrinũ me obiurgare uisũ Peregrinus
est; quẽ, si unico uirtutis merito singularique spe:
rimento inter cęteros enumerandũ purẽ, redargui
uereor, qa egregię beatitudinis hęc prę clara extitere
~~tritæ~~

quare ut celaret, ortum eum fine claudam: omni-
bus hunc uiris Italie Sanctimonia nominatis
equandum censeas. Quid moror, o Petre, vellem,
simulq: nolle amplissimum laudum campum ingre-
di; sed hoc tibi pollicear, eius, alibi, et in mai-
ori ocio narranda gesta reseruare. At nunc
tibi plura sub breuitatis serie euoluere place-
at. Horrenda namq: pro immortali Deo pertulit.
Quid! si in eius operum laudē uersor! Centum
haud ora sufficerent, cui humanarum, et diuina-
rum rerum author condigna merita retulit, ut eadē,
Christi discipulis, et Peregrino Potestas daretur. Nā
preter ingentium miraculorum signa, non nullos, iu-
cunda, et amena uita priuatos, in eundē statum
retulit.

Ingens me hodie, o Mariane, uoluptas ha-
bet, nec quidquam per hoc tempus amabilius, aut de-
siderabilius, et salubrius accidere poterat, quam ex
tuo, lac, et mel emananti, ore, hoc audiuisse.
per hoc enim maiora longe fecisse inspice-
re possum.

Imo, o Petre, ex unico frumenti grano
paruum domicilio horrea adimpleuit, uinum-
que ex nihilo in abundantiam redigebat. Quid
iam plura loquar! ea huic desuper gratia data,
ut pauci admodum eam consecuti sint.

Hoc unum, o Mariane, miror, hos cano-
nizandos uiros non esse seculorum memorie
datos, ubi multi inferiores anteierint. ad hoc
lacrymis irrigans respondere, o Petre, cogor, ni-
mia ordinis paupertas, hos, omni laude dignos,
uiros, ab hominum memoria retraxisset. At
unum illud me totum reficit, et recreat, quod a-
pud immortalem Deum, nobiles sunt. Sed ad no-
strum propositum reuertamur, obsecro; Nam ma-
xima pudoris, modestie, et sanctitatis obser-
uantia nunc in mentem uenit. His Bartolo-
meus est, tot pro Christi amore labores perpessus, Bartolomeus
ut non modo pelle, sed neruis se se spoliauerit

Nostra ne, Mariane, patria hunc uirũ ge:
nuit?

Nequaquam, inquit Marianus, quoniam
natura non unicę ciuitati cuncta concessit.
Venit Bartolomeus in hunc mundũ, ut suã Ce:
senę patriã illustraret. Venit ut malorũ im:
petus comprimeret. Venit ut Bonis ab immor:
tali Deo merita exoraret. Huius plerumque
animũ in pulpito erectũ uideas, ab Angelisq;
in sinu authoris deportatũ. Mirentur omnes ser:
monis absolutionẽ exoptantes, hunc extollunt,
hunc predicant, hinc, o Petre, sanctitatis fama
orta est, et ad nostrę ciuitatis aures uelocissima
peruenit. Audit hoc mulier, ob atrocissimum
morbũ, cũ duobus filiis, in extremis laborans,
maxima deuotione, Bartolomeũ uidere af:
fectans; at in somnis, Bartolomeus, in stratu quo:
dã, prophetice hoc mulieris desideriũ cognos:
cens apparuit. Ostende, inquit, soror, propter
quod tantopere doles. et suã filiorumq; illico

sanctitate reddidit. Hi sunt, quos habu:
imus inderisũ, et in similitudine improperij,
quorũ uitã extimabamus insaniã, qui tam
grati, tamq; accepti in Virginis conspectu fuere.

Tum Petrus, iam cũ Gregorio loquor, in:
quit illic animus cupit assistere, ubi se, cum his
uiris, sperat sine fine gaudere, et doleo cur non
tanta obseruantia digni, uiri, nostra ętate, reperi:
antur. quorũ ardentissimus imitator essem.

Hac quoque, o Petre, tempestate colendi
uiri reperiuntur, ad quos cũ peruenero mirandi dabitur
facultas. At nunc clarissimũ Virginitatis speculũ
Vbaldus anteferendus est, ex Burgo Sancti Sepulcri Vbaldus
clarã originẽ ducens, qui humanitatis, philosophię
Theologięq; radiis illustratus celeberrimã morũ uir:
tutũ, et Sanctimonię famã dereliquit, cuius ges:
ta tradere cupiens, perstrepit calamus; in stupore
ductus animus, hęc scribere contremiscit. Nihil
condignũ, tantiq; uiri idoneũ perrumpere posse cre:
do. Sed paucis tamen apud te cognitionẽ aperiam.

His a teneris annis religiosam uitam coluit, dum-
q; adolescens, et iuuenis esset, ciuile ocio cedere
et literis operam nauare secum instituit. Demum Reli-
gionem hanc secundum Diuæ Virginis præceptum se ob-
sequio sanctorum uirorum tradens ingreditur.

Cedo, Mariane, quæ corporis habitudo, et
qui cultus erat huic?

Dicam sane, o Petre, hic corpore formoso,
staturæ grandis, pauci admodum somni, intensiq;
laboris, hic in ictu temporis, quemuis ęgrotantium
liberabat, quod plerumque nonnulli mundi, diaboli-
ca arte fieri, rati sunt. Si quando Fratribus pa-
nis, uel obsonium defuisset, orationem faciebat,
et ornatam diuinitus mensam conspiciebant, ex qua
mira suauitas in uescendo oriebatur.

Talem, se hic mortalibus, o Mariane, præ-
buit, ut eum fugiant, aut horreant, sed tota men-
te, toto animo, totisq; uiribus imitentur.

Cum autem Marianus eum ardentiorem fieri
animaduertit, ex paruis, inquit, licet, ad magna

me transferam. Diuus Hieronymus ille est, qui Hieronymus
ob miraculorum fertilitatem celebre nomen Burgo
Sancti Sepulcri dedit, hic spiritu rapiebatur in cę-
lum. Porro nunquam clara, sine inuidia, fama
fuit, quidam ei fratrum detrahens, statim in terram
labens, ultimum uitæ diem ingressus est; in quem
Hieronymus misericordia prouocatus, in pristinam
uitam redire fecit. Quare ab omnibus uenerationem
accipias. Non tamen, eo ordine, quo sui de uer-
bo aduerbum scriptitant, impendam, ne, nimia
uerborum prolixitate, a primordio nostro decedens
ceteris dicendis locum, occupem, aut tibi, o Petre, tedi-
um pariam.

Probe, o Mariane, factum est, in his ser-
monibus medullitus enucleatam substantiam depro-
mere.

Ego quoq; in eandem sententiam deuenio, sed
ad rem nostram, respondit Marianus. Ita eius
opidum totum gaudij repletum exultare scias. Sed
quid remoror horum in descriptione? Ludibrium,
quę

Que humanarum mentium, levissimarumq. gentium blandimenta sunt; summa hic omnes caritate amplectitur: omnibus morum, et continentie exemplar est, ciborumq. parcitas; quid plura loquor.

Omnibus, ut video, inquit Petrus, sanctitatis iubar

Maturo tandem evo, summa populi mestitia celeberrimum vite diem clausit.

Ad hec, Petrus sic inquit, silentium rumpere non audeo, et quasi mutus obstupesco? Inceptum cupienti narra!

Aliud eadem patria sydus etereum genuit Andream, virum quidem egregium inter sublimes, atq. preclaros ordinis cardines copulandum, hic vivens, moriensq., beate vite cupiendum nomen dereliquit. Dumq. Corpus dormiret in pace, trium dierum, noctiumq. spatium ipse campane sonuerunt. Quod omnium animos, cordaq. erexit, et demum pulcherrimum cum palma lilium super eius sepulcrum ortus; et frater quidam, postquam lilium

Andreas

cum palma legere voluit, statim evanuerunt.

Equidem hoc idem, Mariane, censeo haud fas esse divina ab humanis tangi.

Quid demum Christi miles Bonaventura? Nec immerito a bonitate sibi grande nomen sumpsit, hic contra acerrimum, et acutissimum hostem victor gloria decoratus. Genus ex Pistorio ducens; non infimum, nec maximum, nam medium tenuere Beati, et medio tutissimus itur. Hic Corporis, animiq. viribus non parum valuit, in vigiliis tollerandis aptus, virtuteq. gratissimus fuit. Neque sanctitas, laborumq. relatio abfuit. Nam in eius obitu, a quibusdam, Angeli cantantes fuisse auditi sunt. Veni, dilecte, veni, et animam illam absq. macula in Dei, Virginisq. Conspectu deportarunt. Talia audientes, veloci pede currentes, currebant, et frustrati exanime corpus invenerunt.

Bonaventura

Hoc, o Mariane, asserere audeo, nisi amor a veritate sensum auferat. Omnium Religione

uestra felicissima fore; nam ego talium ui-
rorum laudem, pre nimio amore, in spem erectus,
nulli rei laborem inanem putabo: sed tamquam
dux inceptum prosequar, ut ardentiori animo te-
pidi efficiantur.

Quem, hilari admodum facie, et sereno
uultu, Marianus, ob uerborum amenitatem intu-
ens, sic affatur; dixeris, et hec, nomen tuum us-
que ad castra ferent: Animam uero tuam in sinu
Abrahe Patriarche, Angeli deportabunt, immor-
taliter celesti sede fruituram. Redigitur, o Petre,
menti uolutanti ex urbe ueteri insignis in me-
Thomas moriam Thomas, qui Marie zelo raptus, celes-
tisq: sedis affectatione latus, ordinis nostri cul-
tor efficitur mirabili matris Dei sapientia edu-
catus. Quidam ob patrata furta ad necem de-
putatus, pio Thome uouit. Et nocte custodibus
supina somni flagrantia dormientibus, inco-
lumis fugam arripuit, paucisq: post diebus,
eo quod uotum non obseruauerat, in idem crimen

incurrit, Thome se recomendans, iterumq: me-
ritum uite recipiens, omnia ad unguem essoluit.

Non paruus, Mariane, admirationis
locus relinquitur, nullum intactum ab his uiribus
miraculi genus, nec ab re pre ceteris uos electos in-
telligo.

Mira res, o Petre, est Antonius ex Viterbio, Antonius
uir prestans, apud omnipotentem Deum magnopere ex-
celluit. Nocte quidam freneticus magnis admodum
clamoribus ceteros uexabat, et Antonius adsens san-
guentis pietate concitus, ad Frenetici cubiculum con-
solandi gratia perrexit, manum capiti imponens
statim defuit infestatio, deinde pro eius salute pre-
ces effundens, mente sanum, refectumq:, ac salu-
bri potius sanitate reddidit.

Mirus sane, Mariane mi, pro laudandis
uiris, et rerum fertilitate efficiar. Volenti namq:
de unico gratulari, omnes, una, in lingue uelocita-
tem currere uident:

Ita est, o Petre, nam infiniti memoria di-
gni

Gabriel adessent, sed Felix inter alios Gabriel connume:
randus est, qui gentium strepitum horrens, Senari:
um montem summa sanctitate coluit, Florentiamq;
haud placere palam predicat, quippe que exer:
cende sanctitati obnoxia sit; cumq; ubiq; pestis
esset, propinquam se mori conspiciens, hilaris sem:
per Virginem orabat. Quare actum est ut binas dormi:
ens et aureas videret scalas, in quibus sex cum dimi:
dio morituros fratres accipit. Dumq; predictam visi:
onem agit, ecce ad ianuam, una cum filiis parentes,
illum videre optantes. Quod, fas cum minime sit
mulieres Dei Cultorum sedes ingredi. Felix ita Ga:
briel foras egrotans abijt, lugetis ne me inquit?
hos, potius in mundo clamitatum miseriarumq; et fleta
diaboli laqueorum, catenarumq; plenos; et inquie:
tem rediens; Unus ex professatis fratribus, exultan:
tem animam suam auream scalas conspicit. Ac sum:
mo clamore, cur inquit, care frater, non me ma:
nes! Cuius continuo anima evanuit! Sex itaq;
fratres universe carnis viam ingressi sunt. Pri:
mum autem pro dimidio semimortuum habuerunt.

Quos omnes vidimus, et allocuti sumus, hi sex
fratres non parvam observantiam digni fuere, tum
virtutum splendore, tum etiam eorum ab immor:
tali Deo dote. Quorum nihil, in presentiarum nes:
cius, admirabilium rerum attingam. Sed eorum sit
satis animas suas scalas aureas exultasse. Sed
quid, o Petre agis? Quid mente volutas? Quid
tantum cogitas? fieri ne posse ambigis, que tan:
ta brevitate commemoravi? an maiora, et ad:
ijcienda his, miraris, rei nevitate dum persuasi.

Ego, mi, Mariane, sermonem nunc tu:
um audivi, sed nequaquam intellexi. Tanta enim
erat dulcedo alienati spiritus à corpore, et cum
his, quos paulo ante commemoratis, benevolen:
tia coniunctis, adeo connexi, ut eadem beatitu:
dine, iam illis me crederem consorte. Tenebar
sane quodam sermonis lepore, quadam suavi:
tate vite, celestisq; regni fruendi desiderio, om:
nino a terrenis rebus alienus, caduca vili:
pendens,

humilia abijciēns, ut cum eis tandē posse im:
mortalitatē connecti, Quib, uidi, intellexi et
quidē nullū adesse crimen, nullā animę ma:
culā quin cęlesti corona frueretur. Et eiusq:
tectā gloriā, immortalisq: Dei pręmiū abso:
lutū inspexi; quippe qui ante Virginē, ut
claritatis sydera, ut luminū mortalib lucer:
nę reducendorū in Patriā maiorū, uestigia
uię errantiū, salutemq: operantiū portus, uirtu:
tū itinera, morū, modestię, sanctitatisq: ubiq:
exempla preclarissimos radios effundentia.

Gratia quoq:, o Petre, cognoscendus est,
hic mitis, clementisq: naturę fuit. Non ex im:
merito ex nomine, rem sibi sumpsit, cū non
paruā ab immortali Deo ex proba uita gra:
tiā sibi comparauerit; et primo senariū mon:
tē coluit; ut more nostro superflua resecans,
media tantū carpere labore. Huic non parua
desuper gloria, et laus data est, cū ab excel:
sa Diuinitatis fastigia traheret, cuius his:
torię culmen attingere, paucisq: explicare non

possū. Inter frondes, ait Petrus, multiplicesq:
ramos, miraculorū tantū fructus elige, nam
lectorū exurientiū mentib hic satisfieri cura.

Preter alia respondit ille, hunc in uitę
calce coturnicem appetisse comperio, et repen:
te ante eius conspectu apparuit, eamq: coquen:
dā dixit. Quod factū, cū in duabus esset par:
tibus diuisa inuicē coniunxit, halitumq: in eam
infundens, ait; Hei mihi ob moriendū corpuscu:
lum hoc fragile, creaturā Dei peremerā, ite:
rumq: euolari fecit. Ipse autē moriens multa
reliquit sanctitatis signa, quę ob temporis bre:
uitatē tacenda duxi.

Ita, o Mariane, est quod totā sanctita:
tis machinā uno confectā homine, breuiter expli:
care non possumus, sed alium id aggredere.

Petrus ex ciuitate nostra Florentię exordiū Petru
trahens, innata quadā humanitate, uirtutumq: de:
core ante creatarū rerū principē, pro quodā mo:
rum,

et sanctitatis iubare sublimatus, non quidem immerito laudandus est, qui cum ea honestatis effigie, et sapientia esset, ut mortales, immortalesque caritate complecteretur. Virginis viduitatem portandam elegit; ex quo saepe pietatis fontem Mariam, videre meruit. Tu vellem, inquit, diva mater a corpore solui, et cum beatis istis Angelis copulari. Ipse tempus eligas, respondit Virgo.

Ubi haec, o Mariane extitere! apud te eundem montem, virorum memoria celebrem.

Tum Marianus, si in eo loco frequentatam sanctitatem narrare possem, nullum sane commodiorem, ad animae immortalitatem aquirendam diceres; praedicat ipse futuro vespere, sibi moriendum fore, quorum omnino mentes a tali re alienatae erant, et ecce paulo post dulcissima cantantium vox sub tegmine casae ~~cstare~~ astare audiunt. Vocem quidem audientes, neminem autem, praeter binas aves, viderunt. Interim, alma Petri anima suavissimum odorem flagrans, nemine hoc animadvertens, evanuit.

Quod Petrus tacitus cogitans, divina haec

potius quam humana ope fiunt, inquit.

Claruit, o Petre, etiam temporibus nostris, vir multa observantia dignus Nicolaus Aretinus sacrae Theologiae doctor, Ecclesiarumque obsequio deditus, qui moriens, haud tacenda sanctitatis signa ostendit. Et sane quantum in rebus gerendis regia Imperatrix ei affuerit excellentissimum est. Mulier quaedam, ob urgentes corporis labores, non diu vivere cogitur. Quare assiduis se precibus Virgini commendat, eique in somnis adesse visa est. Perge inquit ad virum perfectum Nicolaum Aretinum, clarum Ordinis Servorum sydus, addeque preces, ut te liberet; exurgens illa pro viribus, quis nam sit Nicolaus Aretinus flagitat. Tibi inquit, Virgo Maria, me sanandum tradidit. Si ab ea mitteris, respondit Nicolaus, surge, et revertere in domicilium tuum, quae erecta sanitatis voto potitur. Datur et hinc Virginitatis pretiosissimum lilium.

Nicolaus Aretinus

Gaudeo Civitatem illam Aretinam, non litteris modo, sed saluberrima omnium sanctitate non mediocriter excelluisse, et eo magis quod huic nostrae

nori nihil decoris, et ornamenti affert, et quia
nobiscum beneuolentia, et amicitia, atq. carita:
te coniuncta est, ac presertim id circo letor,
animaduertens, quos diligo omni uirtutum deco:
re, et Sanctimonię ornamento refulgidos.

Dominicus

Dominicus inter ceteros urbis nostre ui:
ros fortasse sanctitate qua progenie sublimior
numeratur, cuius proprium castitatis decus fuit,
semper paradisi ianuam ostendens, ex cuius quotidia:
no sermone plurima sanctitatis uestigia recepi,
et probe uite regende documenta, ipsius, lacteo
sermone tantopere afficiebar, ut diem plerumq. ei:
us consuetudine fruens, horam putarem.

Beatum me hodie, inquit, Petrus, o Mari:
ane, fecisti admirandis his, omniumq. memorie tra:
dendis rebus, sed illud scire animus magnopere cupit,
si quid in femineo genere tertij ordinis palma
sanctitatis est, id ipsum in nostram cognitionem redi:
gas. Nam aeternus infinitam nobis sanctorum coro:
nam adesse perspexi.

Genuit hec nostra Ciuitas Iulianam, Virgi: Iuliana
nitatis speculum, et mulierum memorabile de:
cus, que mira sanctitate refulgens, celebris fa:
cta est, non quidem uanis ornata splendoribus,
non mortalium erecta suasione, neque illustri spe:
cie decora; sed uirtutis premio, in qua uerum de:
cus, triumphiq. gloria residet, assidue resultat,
que sanctorum predicationum sectatrix, gestorum
testimonio comprobatur. Inter cetera, diue; Ma:
tris uiduitate assumens, immortalem sibi in celo
sedem comparauit; Virginisq: in salute amictum gesta:
uit. Et ecce alma sine factione mulier.

Est et Alia sanctissima mulier, o Petre, Ioa: Ioanna Cremonensis
na Cremonensis, que a Visellis quondam originem
traxit; celebris miraculorum gloria, uirtutumq. ful:
gore ornatissima omniumq. etiam Virginis amictum
gestauit, et inter notanda, ubi uite sue calcem
presciuit & quindecim dies dumtaxat Christi
corpus in cibum, et sanguinem in potum sumpsit.

Tot hinc inde nobiles progenie viri, hanc uxorē exigentes frustrati sunt, et usq: ad exitū tantā virginitatē conseruauit, cui in dies miracula velut flumen quoddā exuberans effice~~undant~~.

Ad hęc respondens Petrus, mira, inquit, narrasti, o Mariane, quę omnia, non modo censeo, sed iam ante oculos meos videre nunc videor. Nec ab re Hieronymū ad Eustachiū legimus, ubi quam sępe ad funera, et ad sepulturas quorūlibet Sanctorū Angelos aduenisse asserit, et ad exequias, eorū obsequia prestitisse. Nec non et animas electorū usque ad Cęlos cū hymnis, canticis, atque laudibus detulisse. Ubi utriusq: sexus commemorant frequenter laudibus cecinisse. Interea multo non numquā lumine resplenduisse. Insuper adhuc uiuentes in carne ibidē miri odoris fragrantiā diutius persensisse. Quod si ad recreandā spem, mi mariane, ad corroborandā fidē interdū adstantiū Saluator noster ob suorū merita amplius comprobanda talia,

et tanta exhibere per suos Cęli ministros circa defunctos dignatus est, quanto magis in ordinē uestrū, quę fertilissimū Sanctorū intellexi, credendū est eis Angelorū militiā cum suis agminibus obuiā uenisse, eosq: ingenti lumine circumfulxisse usque ad tronū, olim eis etiā constitutū cū Canticis spiritualibus perduxisse, et ea insuper potentia, ut nobis in decus, et nobis in fauorē ęterna luce fruantur. ~~Oh felicē~~

Oh felicē me hodie! non possū non exultare tanta afficior lętitia me habet, quod ambiguū est, uitę an mortis optator sim. Altera cū mortalibus agit, altera uero cū immortalibus ut gaudērē. Nam quid honor? quid opes? quid ue magis tractus ad comparandū Celestis regni iter. Hi, quidquid optandū, pauperes simul, et diuites fuere, hi honores, hi magistratus, hi quid quid optandū est pro uoluntate possiderunt; his amicissimus omniū Deus affuit, apud quem, Virginē intercessorē habuerunt.

Addis, o Petre, et nunc admirationis locus.

Cedo quid illud esse veris. Quid in tantam horum fidem, adeo uehementer te prorumpere faciat, nisi ipsorum ardens caritatis flamma, quae ad ipsorum diuinam cogitationem mortalium corda non modo agitat, et impellit, uerum inflammat, et accendit.

Aliud mihi, o Mariane, iucundissimum narrare uelis obsecro, quo omnia simul hodierna die in letitiam uertantur; quomodo apud uniuersum terrarum orbem ista uestra Annuntiatae deuotio creuerit; qua causa, quave ratione in tantam celebritatem deuenit.

Est, o Petre, amenitatis plena, haec tua petitio. Quare hoc scias uelim, nihilunquam gratius postulatum. Neque abre, omnia namque preclara in unum deueniunt, Benefactoris interrogatio, narrantis auditas, celeraque Virginis merita; quae quidem maxima facundia sunt.

Non minori admiratione verum gestarum quam ex tuo narrantis lepore detentus sum. Quippe omnia nouisse uideris; addoque hoc, te ad illustrandum Seruorum Ordinem prae cunctis mortalibus electum; nequeo idcirco non mirari

Dicam profecto quod optas; at illud imprimis te non praetereat, diuinitus quaecumque egregia et bene gesta; queue mala humanitus. Quaeuis praeclara facinora ab immortali Deo originem traxerunt. Quaedam Virginis precibus, quaedam uero ceterorum Sanctorum meritis; alia ex eorum deuotione, alia uero ex cultu, ex quo nil tam arduum, tam graue, aut difficile, licet exaudiri dignum sit, quod humanum genus non consequatur. Quare hoc, omnium preclarissimum, non terrena, sed celesti ope factum censeas. Erant una noctium ad celebrandum simul matutinum Fratres, cumque absoluissent, suauissimus orandi sapor eos inuasit, ut prae nimia deuotione, spiritus a corpore euanuisse putes. Demum in maximum feruorem uocisque uehementiam adducti. Ecce inquiunt omnis ingens multitudo, uni-

uersum

uulgus, et ex longinquis partib. nationes ad nos properant. Deniq. ab oratione surgunt, sui ipsius omnes mirantes, illud fore insaniam arbitrati! At ubi mane templu adyuerunt magno statu impetu mortaliu repletu est, qui non parua Annuntiata hanc uenerationem colentes re: i primordiu inuenerunt. Fam^a uolat, ac deinde homines undiq. effundi uidebant.

Tuam profer, o Mariane, sententia in hac ipsa re!

Ego profecto, inquit Marianus, asserere diua Virgine in perpetua sui uiduitate gestantiu memoria hęc ostendisse, utque etia ad sui cultu prę cęteris, nos elegisse constaret, na et longe maiora ordine inchoantib. demonstrauit.

Quid illa pictoris fama diu in hominu oris euagata!

Adhoc, inquit ille, ut mos fere omnium est pictoru. Huic Bartolomeus nomen erat, qui Bartolomeus pictor

morum modestia, uitę integritate, et sanctimonia indiuq. Virginis conspectu gratiosus extitit cui maxime laudi pretiosissium Virginitatis liliu dabat. Qui cu Virginis imagine pingere uellet assidues ieiuniis, et orationib. instabat, noctesq. plerumq. insomnes, crebrasq. uigilias nuda humo iacens faciebat; sicq. eā sępius obtestabat, ut propria semel faciem pro nimio ardore designare posset, cuius exauditas preces aiunt; et mane ad opus suu rediens absolutu cu capite corpus inuenit. Quod nulli dubium uideri potest, cu illud p angeloru manus fabricatu sit.

Mira sane, Mariane, narras!

Audi-quęso! cum extra urbis mœnia, eo tempore hęc diuina Virginis imago Annuntiatę esset, et illuc uniuersus populus ad Fesulanas deuotiones transiret, templu illud ob deuotionem

ingrediebatur. Ut iam alter deambulationis gra-
tia, alter vero devotionis illuc proficiscerentur.
Ubi fessi requiem, ęgri salutem, umbramq. extra-
anees recipere solebant.

Sicque, ut arbitror, inquit Petrus paula-
tim locus ille in devotionem actus est

Nec dum perfectam rei seriem tenes. Mar-
tinus Papa quintus cum Florentiam civitatem
ob quosdam causas interdixisset; solum hoc divę
Marię altare consecratum reservavit. Ad quod
tunc omnes ad unicum animę solatium, salutisq.
remedium confugiebant. Atq. Mine maxima de-
votio orta est.

Videntur, quę a te commemorata sunt,
adeo similia, ut ea oculos cernere, et animum
censere credas

Non minorem, o Petre, devotionem pro-
bes ex occultorum meritis, qui tunc in tanta
reverentia habentur, ut omnes una animarum

pastores, tutores, salutisq. remedium eos
prędicarent, ut supra ius declaratum est.

Iucunditatis, inquit ille plenus extitit
dies. Ego vero, respondit Marianus, ut iam
domum redeam, divę Virginis voluntatem in hoc
ducem credere.

Riccius scripsit

Exemplar huius libri servatur Florentię
in celebri Bibliotheca Medicea in
Pluteo 23 est in quarto coopertum
coreo rubro supra ligno habens in
angulis octo stemmata medicea
et duo in medio. Inscriptio de-
foris est. Pauli Florentini de
origine Ordinis Servorum.
Intus in primo folio pe-
endineo litteris aureatis
est Inscriptio.

Dialogus P. F. Pauli Florentini
De Orig. Ord. Ser. ad Petrum Cosme,
Incipit. Deinde est litera, Q, aurea
et in ouato due sunt picture nempe
Paulus et Cosma, in inferiori par:
te est impresia in anulo cum ada:
mante, et retro sunt tres penne, in
impresia aurea sunt octo pile ru:
bee cum varietate rabescorum.

Dialogus S. P. Pauli Heremitae
et Orig. Ord. [illegible] ad [illegible]
[illegible] est factus, Q. circa
ei in [illegible] pennis nempe
Paulus et Corvus, in inferiori par-
te est [illegible] in [illegible]
manae et [illegible] pennis, [illegible]
impressa [illegible] pili [illegible]
[illegible] narrarunt [illegible].

I'